

eur non eodem modo colligerem & Patri attributum esse  
metaphoricum? diversitas consequentia ostendi non pot-  
est, cum non alia ratione hoc loco Pater quam Filius vo-  
cetur Deus. 2. Si vocabulum Dei effi*ci*um tantum denotat,  
colligo nullum vocabulum in toto N. Test. sive in Græ-  
ca, sive Latina, sive Germanica lingua, essentiale Dei repe-  
tiri: monstrant contrarium adversarii & obtinebunt  
quod volunt.

XLVIII.

Falsitate destruta insuper veritas astringenda est: λόγον  
vid. verum illum, propriętatem sic dictum Deum esse, qui nomen hoc  
non tantum ratione officij, sed ratione etiam essentiae & natu-  
rae habeat. Ostendimus id sequentibus rationibus: 1. Jo-  
hannem de λόγῳ sermonem suum instituisse probatum  
est, de hoc igitur ait: In principio erat verbum, & verbum  
erat apud Deum & Deus erat illud verbum: vocabulo λό-  
γῳ, subjecti loco posito, ut cui prefixus est articulus, præ-  
dicatum hoc, est Deus, attribuit Evangelista; ostendere  
scil. volens, eum qui apud D E U M esse dictus est, vere quoq;  
Deum esse, & quidem non aliud sed illum ipsum verum  
Deum; unde sic subsumo: in qua significatione usurpatur  
vocabulum Γει in illa propositione, quando Johannes di-  
cit λόγον fuisse apud Deum, in illa significatione usurpa-  
tur, quando dicit λόγον fuisse Deum; Atqui in prima pro-  
positione usurpatur *proprie* pro vero Deo, estq; ibi vocabu-  
lum *proprium* non metaphoricum. E. De Minore non litiga-  
bunt adversarii, Majoris consequentiam requirent, da-  
mus ergo eandem hoc modo: quia utrisq; nempe illi qui  
dicitur esse Deus, & illi, qui dicitur fuisse apud Deum, e-  
adem adscribuntur attributa: ut quod uterq; fuerit in  
principio, quod uterq; sit vere Deus, quod omnia uterq;  
crearit, unde subsumo: Qua ratione adscribuntur hæc at-  
tributa illi, qui dicitur esse Deus, ea ratione adscribuntur  
& illi, qui dicitur fuisse apud Deum; Atqui attributa illa  
asscribuntur, illi qui dicitur esse Deus *proprie* seu ut Deo  
*proprie*